



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Capvt XL. Allegoria temporis ortus Beatiss. Mariæ Virginis, ex traditione per S. Eliam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38601**

CAPVT XXXIX.

Alia Cap. xxxi.

Carmelitæ accepta Evangelij luce my-  
steria quondam ab ELIA reve-  
lata clariùs intuentur.

fuit onerata amaritudine delictorum, sed instar  
lius nubeculæ fuit levis per immunitatem pecca-  
torum, & dulcis per plenitudinem charismatum.  
Ipla enim in suo ortu fuit nubes illa, de qua per  
Moyfen figuratè est scriptum, *Ecce gloria Domini  
apparuit in nube.*

immunitas  
semper  
fuit.  
Exod. 16.

CAPVT XL.

Alia cap  
xxxii.

Allegoria temporis ortus Beatiss. MA-  
RIÆ Virginis, ex traditione  
per S. ELIAM.

Significavit autem DEUS ELIÆ, in prædicta  
visione, quo tempore Nubecula illa, scilicet B. MA-  
RIA, videretur à discipulis ELIÆ de mari, id est,  
de amara & vitiosa natura humana, orti & as-  
cendere. Nam ostensum fuit in eadem visione,  
quod nullus eorum videret eam ascendere, antea  
quam ipse semel per decem gradus ascendens,  
contra mare prospiceret, & iterum alijs septem vi-  
cibus per eisdem gradus ad contemplandum  
contra mare rediret. Dixit enim ELIAS ad pue-  
rum suum: *Ascende, & prospice contra mare: Qui  
cum ascendisset, & contemplatus esset, ait: Non est  
quidquam.*

Quæro ergo, quid fuit, puerum ELIÆ semel  
per decem gradus ascendere ad prospiciendum  
contra mare, & tunc nihil ei apparere? Certè hoc  
nihil aliud fuit, nisi quod puer, id est, cætus disci-  
pulorum ELIÆ, contemplando ascendit, primò  
per illas decem generationes humanas à B. Luca  
in genealogia Christi positas, quæ fuerunt ante  
diluvium ab Adam usque ad Noë in prima mundi  
ætate, & per eas discurrendo totum tempus quod  
fuit à Noë usque ad Adam, puer prospexit, si fortè  
eo tempore, nubecula, id est, infantula aliqua esset  
nata contra mare, id est, contra solitam amarum  
& vitiosam propaginem naturæ humanæ. E quia  
nubecula illa non fuit à puero vita nasci in illa pri-  
ma ætate mundi; idè puer dixit: *Non est quidquam.*  
Præcepto tamen ELIÆ redijt iterum puer septies  
per decem gradus ad prospiciendum contra ma-  
re: & rursus ait illi, *Revertere septem vicibus: & in  
primis sex nihil sibi apparuit.* Hoc autem, scilicet  
quod iterum puer, id est, cætus discipulorum  
ELIÆ, sexies per decem gradus rediens nihil vidit,  
denotat eam ulterius per alias sex decades huma-  
narum generationum contemplando ascendisse,  
quas B. Lucas in genealogia Christi tetigit, à Sem  
filio Noë usque ad Jamne filium Joseph. Quartum  
generationum decas prima, incipiens à Sem filio  
Noë, terminata fuit in Thare filio Nachor. Secun-  
da verò decas, incipiens ab Abraham filio Thare,  
terminata fuit in Salmon filio Naafon. Tertia au-  
tem decas, incipiens à Booz filio Salmon, termi-  
nata fuit in Jona filio Erachim. Quarta verò decas,  
incipiens à Joseph filio Jona, terminata fuit in  
Elmadan, filio Het. Quinta autem decas, incipi-  
ens à Cho'an filio Elmadan, terminata fuit in Jo-  
seph, filio Juda. Sexta verò decas, incipiens à Se-  
met filio Joseph, terminata fuit in Jamne, filio al-  
terius Joseph. Per has quidem sex decades gene-  
rationum, à B. Luca in genealogia Christi posita-  
rum, ascendit puer, id est, cætus discipulorum  
ELIÆ, discurrendo scilicet totum tempus quod  
fuit à Jamne usque ad Sem, contemplando si fortè  
eo tempore nubecula, id est, infantula illa esset na-  
ta: & quia in toto illo tempore nata non fuit, idè  
tunc discipulis ELIÆ minime apparuit.

Postquam autem Professores hujus Religionis  
fuerunt per Apostolos baptizati, & in sacri E-  
vangelij eloquijs eruditi, intellexerunt plenè illud  
mysterium esse impletum, quod per DEUM fue-  
rat: Propheta ELIÆ in monte Carmeli revelatum.  
Legimus quidem in libro Regnorum, quod  
ELIAS ascendit in montem Carmeli, & pronus in  
terram posuit faciem suam inter genua sua, & dixit ad  
puerum suum: *Ascende, & prospice contra mare. Qui  
cum ascendisset, & contemplatus esset, ait: Non est quid-  
quam. Et rursus ait illi: Revertere septem vicibus. In  
septima autem vice, Ecce nubecula parva, quasi vesti-  
gium hominis, ascendebat de mari in Carmelum. Ab  
eo autem loco montis Carmeli, ubi puer ascen-  
debat, usque ad summitatem montis, undè pote-  
rat mare prospici, erant decem gradus. Quos cum  
semel puer ascendens, prospexisset contra mare,  
mandavit illi ELIAS, sicut dictum est, ut iterum  
alijs septem vicibus per eisdem gradus revertentis  
contra mare prospiceret: Et in septima vice rever-  
tionis, quæ amen fuit octava prospectio, vidit  
puer nubeculam illam quasi vestigium hominis de  
mari ascendentem in Carmelum. Et dixit ei ELIAS  
Deo plu-  
viam. *Ascende, & dic Achab: Junge currum tuum, & descen-  
de, ne occupet te pluvia. Cùmque se reveret huc atque  
Taditio  
illuc, ecce tali contonebrati sunt, & nubes & ventus, &  
de B. Vir-  
gine per  
s. Eliam.  
Virgo  
Dei para  
exemplo  
Eliæ vir-  
ginita-  
tem per-  
petuam  
est am-  
plexata.**

Primò, quod quædam infantula nasceretur, quæ  
ex utero matris suæ ab omni peccato munda egre-  
deretur. Secundò, tempus in quo hoc adimpleretur.  
Tertiò, quod hæc infantula virginitatem perpetuam  
ad exemplum ELIÆ amplexaretur. Quarto, quod  
DEUS jungens naturam suam humanæ, de  
Virgine illa homo nasceretur. Per hoc namque  
quod ille puer ELIÆ vidit de mari nubeculam  
parvam orti, revelavit DEUS ELIÆ, quod quæ-  
dam infantula, scilicet beata MARIA, per illam  
nubeculam significata, & instar illius nubeculæ  
per humilitatem parvam, nasceretur de humana na-  
tura peccatrice, designata per mare; quæ infantula  
jam in suo ortu esset munda omni peccatorum  
sordibus, quemadmodum nubecula illa fuit de mari  
amaro orta, sine tamen aliqua amaritudine. Licet  
namque nubecula illa esset originaliter ejusdem  
naturæ cum mari, alterius tamen fuit qualitas, al-  
teriusque proprietatis. Mare quippe ponderosum  
est, & amarum: sed nubecula illa levis fuit, & dul-  
ciora natura humana instar maris sic in sua origine, ita amari-  
tudine peccatorum & pondere vitiorum pressa, ut  
Psalm. 37 *fateri cogatur Iniquitates mea supergressæ sunt caput  
meum, & sicut onus grave gravata sunt super me;*  
Beata amen MARIA de hoc mari, id est, natura  
humana, aliter fuit orta: quoniam in suo ortu non

Repete tecum, de natura peccatrice: ut sensus sit, jam in ipso suo conceptu. MARIA namquã ponderosa nãquam amara fuit. Psal. 37 *fateri cogatur Iniquitates mea supergressæ sunt caput meum, & sicut onus grave gravata sunt super me;* Beata amen MARIA de hoc mari, id est, natura humana, aliter fuit orta: quoniam in suo ortu non

DEUS IESU  
Spiritus  
II  
VIII  
26

\*Vertend  
dm fue  
ta: viri  
ur est in  
Septeva  
gintra,  
ard pot,  
† Decas  
7. incipit  
à Melchi:  
cujus &  
genera  
tionem  
hic ponit  
"Mattha.  
bino  
mius.  
\* Id est à  
Sem filio  
Ncè.  
Beata  
Dei ge  
nitrix se  
pè visa  
ab ere  
mitis  
montis  
Carmeli.  
Alias cap  
xxiv.

In septima autem reversionis vice nubecula eis apparuit: quia in tempore comprehenso intra septimam illarum generationum decadem, B. MARIA nata, & visa à discipulis ELIÆ fuit. In septima, inquit, vice, Ecce nubecula parva, quasi vestigium hominis ascendebat de mari. Prædictus namque Jamne, in quo sexta illarum generationum decas termina ut, genuit filium nomine Melchi, à quo incipit harum generationum decas septima. Hic ergo Melchi genuit Levi, & iste Levi duos habuit filios, unum qui à B. Luca vocatur Martha, sed ab alijs dicitur Melchi, nomen avi sui retinens, & alium qui vocatus fuit Panhera. Iste verò Panhera genuit filium nomine Barpanthera: & hic Barpanthera genuit filium nomine Joachim, qui ex Anna uxore sua genuit B. MARIAM. Et ita in septima reversionis vice, hoc est, in illa generationum decade, quæ fuit septima, ab illa in qua homines per DEI præceptum reverts fuerunt post diluivium ad multiplicandum genus humanum, nata fuit beata MARIA, in medio scilicet illius decadis septimæ: quæ etiam fuit defuncta antequam prædicta generationum decas septima esset terminata. Sed priusquam beata DEI Genitrix ab hoc sæculo migraret, fuit in Nazareth, & in Hierosalem, & alibi multoties à Professoribus hujus Religionis visa.

CAPVT XLI.

Significata eadem visione beatæ DEIPARÆ Virginitas

Quemadmodum autem hæc nubecula scilicet beata MARIA, in septima generationum prædictarum decade fuit nata; ita etiam in eadem septima decade fuit à discipulis ELIÆ visa in Carmelum spiritualiter ascendere. Nam antequam decem generationes descendissent à Melchi, à quo, sicut dictum est, decas septima incipit, fuerunt docti professores hujus Religionis, in Hierosalem, à summo templi Pontifice, quod beata MARIA virginitatem DEO servare proposuerat ad exemplum ELIÆ, sicut præostensum fuit in prædicta visione: In septima, inquit, vice, ecce nubecula parva, scilicet beata MARIA, quasi vestigium hominis ascendebat in Carmelum: quæ ideo visa fuit quasi vestigium hominis ascendere in Carmelum, quia in hoc suo spiritali ascensu non feminam quam imitaretur, sed hominem habuit in exemplum.

Antè quidem quam illa nubecula ascenderet in Carmelum, ascenderant utique ELIAS & puer suus ad montem illum: Ascendit, inquit, ELIAS in montem Carmeli. Interpretatur autem Carmelus, scientia circumcissionis, ad quam scientiam ille præcipue ascendit, qui ita scit præputium impudicitie à sua carne & mente circumcidere, ut non solum se ab illicito carnalis contagionis cæno alienum per castitatem reddat; verum etiam ab omni impudicæ voluptatis experimento se immunem per virginitatem DEO custodiat. Propterea quippe data fuit circumcisio in veteri lege, ut facta in virili membro, in quo libido solet dominari, castitatem mentis & corporis Deo servandam, & impudicitiam rescindendam indicaret.

Nemo autem unquam ad hanc ascendit circumcissionis scientiam priusquam ELIAS, & puer suus, id est, cæterus Filiorum prophetarum, discipulorum ejus: ipsi namque primi virorum seiplos DEO per virginitatem perpetuam sponte dedicantes, castraverunt proflus ab omnibus veneris

voluptatibus mentes suas: & propterea appellatæ sunt Carmelita, quod est interpretatum, scientia circumcissionem: quia hoc quod circumcisio indicat sciunt perfecte in se adimplere. Cupientes enim carnis & mentis impudicitiam à se omnino rescindere, elegerunt primi virorum in virginitate perpetua DEO sponte vivere.

Primo ergo ascenderunt verè ipsi in montem Carmeli, id est, in altitudinem scientiæ circumcissionis: quia altius cæteris præcedentibus hominibus inchoantes sciunt præputium impudicitie ita penitus à se circumcidere, quod elegerint primi hominum propter DEUM virgines permanere.

Ad hunc quoque Carmelum, id est, ad hanc altam circumcissionis scientiam, nubecula illa, scilicet beata MARIA, ideò quasi vestigium hominis ascendebat, quia non femina, sed homo, id est, ELIAS exemplum ascendendi ei præbebat, quem ipsa imitari satagebat.

Nam sicut ELIAS prius præputium impudicitie scivit à sua carne & mente proflus circumcidere; dum primus inter homines studuit DEO virginitatem perpetuam sponte inchoare; ita postea beata DEI genitrix præputium impudicitie scivit exemplo ELIÆ à se penitus circumcidere, dum quasi vestigium hominis illius elegit prima feminarum propter DEUM in virginitate perpetua vivere. Hinc ejus sponsus in epithalamio sibi ait gratulabundus: Caput tuum, ut CARMELUS, tibi per caput rectè intelligitur mens anima: quia sicut in corporis membris caput præeminentia in viribus animæ mens est dignior: & sicut à capite membra, ita à mente cæteræ vires animæ reguntur. Carmelus verò, cognoscens circumcissionem, interpretatur. Rectè igitur sponsus huic Virginitati gratulans ait, Caput tuum, id est, mens tua, o DEI genitrix, est ut CARMELUS, id est, verè cognoscens circumcissionem: quia prima feminarum per spontaneam virginitatem scivisti à te proflus circumcidere omnem veneris voluptatem.

CAPVT XLII.

Veteris Testamenti Carmelitæ orant Deum, ut mittat Salvatorem significatum in pluvia.

Tandem demonstratum fuit discipulis ELIÆ in eadem visione, quo Ordine nateretur DEI Filius de hac Virgine. Nam mox ut puer ELIÆ, scilicet cæterus discipulorum ejus, vidit nubeculam illam de mari quasi vestigium hominis in Carmelum ascendere, dixit ELIAS puero suo: Ascende & dic Achab, jerge currum tuum, & descende ne occupet te pluvia. Signum quippe expressum imminentis incarnationis Filij DEI fuit, quod puer, scilicet cæterus discipulorum ELIÆ, vidit nubeculam, id est, infantulam illam quasi vestigium hominis ascendere per montem prædictum in Carmelum, hoc est, ad tantam circumcissionis scientiam, ut servare vellet virginalem continentiam. Unde cum cæterus Professorum hujus Religionis natus audisset in Hierosalem, juvenulam illam vovisse factæ DEO virginalem continentiam, confestim pervenit pendit quod adventus filij DEI propè, & in javouum erat. Et quemadmodum ELIAS præceperat, signum ita ascendit tunc cæterus discipulorum ejus per invocationem ad Achab, qui frater natus patris natus interpretatur, significat enim DEI Filium, in eo quem & genus humanum, antequam ipse incarnaretur veni-

\* Convenit cum libello de ortu B. MARIÆ apud Hieronymum, & com. S. Greg. Nysseno. 3. Reg. 18.

Alias cap. xxxi.

\* Vertet, referret ad puerum significatorem cæterum discipulorum S. Eliæ. Psal. 14.